Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8258
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

piomibus facti per decoctionem ℥. ij. ministratur hec omnia diligenter conquassentur, et exposita soli teneatur diu, de hac ergo ma̅ calida i(n)ungatur partes renales omnes mane et sero pluribus diebus et supponatur frustu̅ ut pellis de toto tale facta. ¶

De dolore capitis colerico

Dolor autem capitis colericus cu̅ euacuationibus supradictis sublevari convenienter potest. Si autem persteterit vehementior, tunc fiat hec quiorum instrumenta. ¶ Primu̅ instrumentum est fiat ei flobotomia de cephalica dextri brachij. vel dextre manus cu̅ signis mixtionis colere superius dicte. ¶ Secundum remediu̅ est saltem fiat diversio cu̅ ligaturis fricationibus et ablutionibus pedu̅ et manuu̅. ¶ Tertiu̅ remediu̅ Rx aceti albi acuti ℥. j. aque solatri. aque rosaru̅ lb ss. croci ʒ. j. conquassentur hec in mortario. et infundatur panni et bene expressi applicetur fronti temporibus et vertici capitis. Si autem magna foret necessitas evacuandi cito materiam propter multitudinem et acuitatem eius et instantia̅ dolore et timeretur flobotomia aut ventose tunc solvatur venter cu̅ hac medicina et tardetur cibus eius horis ad minus sex Cuius descriptio est hec. Rx dyaprunis simplicis ℥. vi. reubarbari electi ʒ. j. aque lacte ℥. iij. misce. et calidu̅ accipiatur in aurora Octavum accidens erat squinantie dispositionis eventus Cum ergo eger percipit quod grauis deglutiendi difficultate vocis raucedine tensione in gutture.

extensione et gravitate in extremitatibus faucium, per hoc percipere potest materie congregatione in gargulione in quo retente materie squinantias dispositiones efficiunt ut patet nona ʒ^v. colligens et interiore quarto Cuius ergo dispositioni subuenire possunt diversiones et evacuationes iam predicte multoties Et cu̅ evenerit iam apostemata predicta corpore iam evacuato, a'no multu̅ pleno existente tria sunt sollemnia instrumenta ab hac dispositione defendenda ¶ Primu̅ instrumentum, ut statim fiat patienti flobotomia ciumbaru̅ venaru̅ sub lingua hora electa si fieri potest, aut quacumque hora contigerit ei egritudinem non dare in duciias Et per ea̅ educatur sanguinis ℥. ij. vel. iij. ¶ Secundum instrumentu̅ Rx aque portulace plantaginis an̅ ℥. ij. rob mori ℥. iij. dissolvatur omnia simul Et de hac medicina actu frigida sepe teneatur os plenu̅ et aliquando cu̅ ea fiat gargarisma et operie ap^o. usque ad tertiu̅ die ¶ Tertiu̅ remediu̅ Rx nydu̅ unu̅ .i. am swalben nest yrudinis foliorum malue et altee. an̅ m. j. camoille melliloti an̅. m. ij. feni farine ordei ℥. iij. croci ʒ. j. olei rosaru̅ ℥. iij. olei de camoilla ℥. j. fiat emplastrum subtile de quo partes gule et colli actu calido diligenter emplastretur.

Pro regimine vero ultimi accidentis scilicet descensus.

no de dolore capitis colerico

q^m im rime

No signa squinantie et cura eius